



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniuersæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput [10.] Circa Beneficij prouisionem, & acquisitionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Canonicatus obtinet locum honorificum in choro: ergo illum coadiutor debet obtinere. Sc. Nauar. consilii. c. 1. de cler. agrot.

95 Non debetur, sed vltima post omnes proprietarios, quia sedes honorabilior non debetur praebeato ratione praebeatae, sed ratione illius antiquae possessionis, ut constat: ergo cum coadiutor solum in praebeata subrogatur, & non in illius antiquitate, locus possessionis ei debitus non est, sed locus praebeatae: unde sedere debet, ubi sedent praebeati propriarii, non autem illos praecedere. Ita Gonzalez de regul. mens. gloss. §. 9. num. 99. Garcia p. 4. cap. 5. num. 66. Qui adducunt Rotam de rationem. Farinac. tom. 2. decis. nouissimas. decis. 657. n. 3. & decis. 456.

96 Placet haec resolutio. Equum enim non erat, ut fictus canonicus veros praecederet, & aliena dignitate fulgens eos, qui propriam haberent. Porro hoc in omnibus Hispaniae ecclesiis praxi haberi competio. Et quidem coadiutor subrogatur loco coadiutoris in praebeata, non in illius antiquitate: fuitque omnibus praerogatiuis praebeatae debitus, non illis quae antiquitatis ratione debentur.

DVBIVM XIII.

An coadiutor habeat ius ascendendi ad superiorem sedem, ita ut praecedere possit Canonicos proprietarios non inter ingressos?

97 Ius habet ascendendi. Esto coadiutori non debeatur proprietarii sedes: habet tamen ius ascendendi, quia coadiutori conceduntur omnes praerogatiuae, & honores qui conceduntur coadiutoris ratione praebeatae: sed ei ratione praebeatae conceditur, ut vltimo loco sedens, paulatim ascendat: ergo idem ius concedendum est coadiutori. Sic Rota in causa Salmant. Et Tirac. pro ut refert Garcia p. 4. cap. 5. num. 552. Afferens, illam sedem, quam obtinet coadiutor tempore obitus coadiutoris, illi esse assignandam.

98 Ius ascendendi non habet, quia nunquam est admittendum, fictam vero praeferi: & alieno iure fulgentem ei, qui proprio gaudet. Ita Gonzalez de regul. mens. gloss. §. 9. num. 99. Garcia citat. Nouissime traditur à Rota decis. 456. apud Farinac. in nouissimis.

99 Hoc sentio ex praxi annuans. Nam semper coadiutor Canonici vltimo loco sedet post omnes Canonicos proprietarios, neque durante coadiutoria locum obtinet superiorem, quia haec potestas ascendendi ad superiorem locum non ratione praebeatae in potentia conceditur, sed illius possessione, quam cum coadiutor non habeat, nequit locum superiorem obtinere: eaque de causa, mortuo coadiutore, illi vltima sedes assignatur; quia est vltimus, cui possessio praebeatae est concessa.


DVBIVM XIV.

Coadiutor studens, vel legens in vniuersitate, vel in seruitio Episcopi occupatus, vel officium Inquisitionis exercens, habeturne, pro praesentis, vi factus, ac distributiones coadiutoris lucratur, ac si personaliter residere?

Habetur quidem quia coadiutor ex qualibet harum causarum à residentia excluditur, & fructus praebeatae lucratur quidem in absentia: ergo idem est coadiutori concedendum. Et quia coadiutori conceditur tempus recreationis, quod coadiutor imperit: ergo à fortiori concedi ei debet privilegium studendi, legendi, ac seruendi Fidei Tribunali. Sic aliqui Doctores. Et probabile reputat Castro Palao t. 2. d. 1. de benef. puncti. 10. n. 40.

Non habetur quia haec privilegia conceduntur iis, qui ratione beneficii obligati sunt residere: iis enim conceditur ut studentes, vel legentes in vniuersitate, vel seruientes Episcopo, aut inquisitioni, fructus suorum beneficiorum lucrari. At coadiutores non obligantur residere ex beneficio, sed ex officio, & munere coadiutoriae acceptae, & quasi ex contractu: ergo ea privilegia illis competere non possunt. Ita Garcia p. 4. c. 5. n. 139.

Hoc probabilius longè esse non dubito cum Palao citato. Coadiutor namque illa privilegia habere potest, quia habet beneficium, bilis est & percepit fructus, & ratione beneficii obligatus residere, à qua residentia ob illas causas ex privilegio excludatur. At coadiutor nec habet beneficium, nec sibi, sed alteri, scilicet coadiutoris fructus lucratur: nec ex beneficio, sed ex officio ad residentiam tenetur: ergo excludi nequit ex praefatis privilegiis. Bene tamen excludi potest ex aegritudine, vel alio simili impedimento, quia non censetur ex officio & munere ad residentiam impossibilem obligari.



CAPVT X.

Circa Beneficii promotionem, & acquisitionem.

DVBIVM XV.

An per electionem ante acceptationem acquirat electus ius in Beneficio?

Non acquirit, quia praesentatio ius non tribuit praetentato, quousque Non acceperit ipse consentiat: ergo neque electio nisi ius tribuit ius electo in beneficium, donec ipse acceperit.

Seçt. II. De Beneficio Dubia. 49

acceptet. Sic Mandol. *reg. 32. questio. 15. numero 6. Zerola prax. Episc. p. i. v. ins ad rem. §. 2. & p. 2. v. electio. §. 2.*

104 *Ins acqui- rit.* Acquirat quidem quia *capit. cupientes, §. ceterum, & capit. quam sit, de elect. in sexto* Electus prius iure, quod per electionem acquirit, si infra mensem a die habite notitie sue electionis non præbuerit assensum: Ergo supponit textus ante consensum aliquod ius per electionem concedi. Ita Felin. *ad capit. cum Bertoldus, de re iudicata numero secundo & tertio Dominici. capit. quam sit, de elect. §. 1. in 6. Azotius p. 2. l. 6. cap. 19. quest. 2.*

105 *Probabilis est.* Probabiliter hanc sententiam esse reor quia electio est dimidiata beneficii collatio, quæ confirmatione, ac approbatione completur: ac proinde electio actus est spiritualis potestatis: secus verò præsentatio, & nominatio.

D V B I V M. XVI.

An valida sit præsentatio illius, qui se per litteras, aut procuratorem, instituens representat?

106 *Ins est.* Non est valida, quia præsentatus verbi gratia ad Parochiale ministerium examine prævio est admittendus, quod exigit Tridentin. *sess. 24. capit. 18.* Ergo eius præsentatio per procuratorem, vel per litteras admitti non potest. Sic B. rboia *p. tertio de potest. Episc. allegat. 72. §. 118.*

107 *Ins est.* Valida quidem est. Quia nullus sobest textus, ex quo hæc obligatio corporalis præsentationis colligatur. Ergo imponenda non est, præcipue cum sit contraria *reg. iuris, Quod per alium facit, per se ipsum facere censetur.* Antecedens probat. Nam textus in *cap. cum & plantare, & Clement. dubium, de sepult.* ubi instituendi ad beneficia curata debent prælati præsentari, non probant corporalem præsentationem requisitam esse pro præsentatione, seu nominatione patroni: sed pro institutione faciendâ. Ita Azotius *p. secunda l. sexto cap. 21. questio. sexta Abbas p. secunda consil. 76. Lambertini. de iure patronat. l. secunda questio. 11. a. secunda. Garcia p. 4. cap. 1. num. 18. & 25.*

108 *Ins hoc.* Existimo veritiorem hanc esse sententiam, quia esto, in Parochialibus requisitum sit examen præsentati pro forma, & in aliis beneficiis prout instituti visum fuerit: hoc examen non ad præsentationem, sed ad institutionem expostulatur, ut notant Garcia *numero 25.* ergo ex necessitate examinis inferri non potest necessitas in præsentato se necessario personaliter Ordinario præsentandi. Profecto in Hispania, Gallia, & Flandria à Regibus præsentatos non se personaliter Pontifici instituendos præsentare, receptissimum est. Cæterum in *cap. accedens 24. de prebend. absens* instituitur de beneficio Ecclesiastico: ergo à fortiori præsentari seu nominari poterit.

Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. V II.

D V B I V M. XVII.

In dotatione factâ Ecclesiæ adificatæ, & consecratæ acquisiturne Patronatus?

Non acquiritur, quia rebus Sacris nulla servitus potest imponi, *leg. servitus, Non acquiritur §. vlt. ff. de servit.* Ergo Ecclesiæ ædificatæ & consecratæ nequit servitus patronatus imponi. Sic Glof. *ad cap. Pia mentis 16. quest. 7.* Felin. *ad cap. cum venerabilis, de except. num. 57.* Fauser decisio Sacre Congregationis *ses. 21. cap. 4.* quam adducit Garcia *p. 5. c. 9. num. 122.*

Patronatus acquiritur quia absolute Ecclesiæ dolatur, & dotationem maximè necessaria. Dos autem subleanta Ecclesiæ constructionem, favore Ecclesiæ reputatur, ac si illius constructionem antecederet, quia retrahitur. Et hoc videtur definitum à Trident. *ses. 24. cap. 12. ibi: Nemo cuiusvis dignitatis Ecclesiasticæ, vel secularis quacunque ratione, nisi Ecclesiæ, beneficium, aut capellam de novo fundaverit, & contruxerit, seu iam erectam, qua tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis componeret dotaverit, ius patronatus impetrare, aut obtinere possit, & debeat.* Ita Abbas *ad cap. quoniam de iure patron. num. 9.* Rochus de Curte *de iure patron. v. Et dotavit. quest. 2. & 3. Selua de benef. p. 1. quest. 5. num. 181.* Azor. *p. 2. l. 6. cap. 19. questio. 8.* Garcia *p. 5. cap. 9. num. 54.*

Verior mihi hæc sententia videtur, cui non obstat Cardinalium declaratio, quæ loquitur quidem de parochia erecta ob necessitatem populi cui Ecclesiæ matrix tenetur providere: neque hæc provisio loco dotis liberalis est computanda, cum debita sit. Fa-teor autem, rebus Sacris nullam profanam servitutem imponi posse bene tamen Ecclesiasticam, & ex patronorum Ecclesiæ consensu. Alias probaret hæc ratio, neque ex constructione, neque ex dotatione antecedenti patronatus acquiri posse.

D V B I V M. XVIII.

An ius patronatus possit præscriptione acquiri, vel consuetudine?

Non potest quia huius iuris vi potest spiritualis, vel saltem spiritualibus annexi incapaces sunt laici quatenus tales sunt, nisi ex speciali privilegio, vel iuris communis ob foundationem, & dotationem Ecclesiæ eis fuerit concessum. *Quanto, de iudiciis c. de iure, de iure patronat.* Sed in privilegiis, vi potest libera concedentis voluntate pendentibus non datur præscriptio: ergo nec potest dari præscriptio iuris patronatus. Sic Archidia. Abbas

Abbas, Alexand. Felin. Decius, & alij apud ipsos, ut refert Conar. reg. possessor. mala fidei. p. 2. §. 10. a. n. 2.

113
Potest
equidem.

Potest, equidem quia esto hoc ius spirituale sit, laicis conceditur ob aliquam temporalem ab ipsis præstitam, scilicet fundationem, constructionem, vel donationem Ecclesiæ, aut alia ei obsequia temporalia impensa: sed in his dari potest, à laicis præscriptio: quia non præscribitur in aliquo spirituali, sed in temporalibus: ergo. Ita Conar. citatus, num. 3. Ioan. Andr. ad cap. querelam, de elect. in 6. Azor. p. 2. cap. 19. qu. 11. Barbosa p. 3. de potest. Episc. allegat. 70. n. 19.

114
Distinguen-
dum
esse reor.

Distingendum existimo de ecclesia libera, vel de ea, quæ servituti est subiecta: de Ecclesia Collegiata, de Cathedrali, vel Parochiali. Si de Cathedrali & Collegiali loquamur, spectato iuris rigore, præscribi non potest à laico ius patronatus, quoad præsentationem rectoris, quia ille rector non per præsentationem, sed per electionem constituitur. c. nobis, de iure patronat. Sed laicus, esto Ecclesiam fundet, non acquirit ius eligendi: hoc enim ius solum competit illis, qui sunt de Collegio, cap. 1. de elect. Ergo hac in parte nulla potest esse à laico præscriptio, quo ad ius præsentandi rectorem, bene tamen alios beneficiarios, qui non per electionem, sed per præsentationem constituuntur. Idem dixerim de aliis ecclesiis, in quibus mihi probabilis apparet, aduersus Ecclesiam liberam non posse præscribi à laico ius patronatus, nisi quadragenaria præscriptione cum titulo, vel immemoriali sine titulo ob rationem prioris sententiae. Si verò loquamur de præscriptione ecclesiæ subiectæ, & quæ olim habuit patronos: communis sententia tenet, ius patronatus à laicis præscribi posse; quia non aduersus Ecclesiam, sed aduersus alium laicum præscribitur.

DVBIVM XXI.

An ius patronatus hereditarium transeat ad fideicommissarium, vel usufructuarium universalem?

115
Transit
quidem.

Transit quidem quia in fideicommissarium, & usufructuarium universalem transit hereditas: ergo transire debet ius patronatus hereditati annexum. Sic Ludovic. Roman. leg. si patroni, ff. ad Trebell. Molina de primog. cap. 24. numer. 7. Gutier. de iur. p. 3. cap. 1. §. 9. n. 15. Inclinat mens Molina t. 1. l. 2. d. 18. sine.

116
Non transi-
t.

Minimè transit quia leg. quia perinde, §. restituta, ff. ad Trebell. restituta hereditate iura sepulchrorum apud heredem remanent. Ergo idem dicendum de iure patronatus antiquo hereditario: tum quia hoc ius patronatus antiquum & hereditarium heredem videtur sequi, non alium. Ita Conar. cap. Reynutius, de testament. §. 9. numero octavo Anton. Gomez tomo primo var. cap. quinto numero 29. Mann. Acolta ad cap. si parte, p. secunda v. Trebolianica numero

quarto Barbosa p. tertia de potest. Episc. alleg. 71. num. 9.

Media procedam via. Si ius patronatus reale sit, hoc est, annexum alicui villæ, Media autem castro, quod castrium in fideicommissario vel usufructuario transferatur, via, transferatur etiam ius patronatus; quia est accessorium: At si ius patronatus personale sit, quale est relictum Titio, cuique successores, nequaquam in fideicommissarium vel usufructuarium transferatur, sed penes heredem, & successorem remanet; quia transferri non potest contra instituti voluntatem. At institutor solum Titio, cuique successoribus patronatum applicuit: ergo usufructuarius exclusus manet: non enim est eius heres, nec heredis successor.

DVBIVM XX.

An si quis ius patronatus vendat contra iuris ordinem, vendat, inualide?

Si contra iuris prohibitionem quis ius patronatus hereditarium vendat, venditio nulla erit, quia nullo textu invenitur licet ipso iure irrita. Nam licet in concilio Tridentin. sess. 25. cap. nono. Dicatur, ut nullus ius patronatus transferre in aliquem contra Canonicas sanctiones presumat, alioquin ipso iure priuatus patronatus existat: non inde inferitur, translationem esse nullam, sed esse annullandam. Sic Suarez l. 4. de simon. c. 57. n. 13.

Non erit valida venditio quia patronatus transferri non potest in viliam, in quem Ecclesia non consenserit; nam ex voluntate Ecclesiæ hoc ius spirituale communicatur, & non aliter: at ecclesiæ translationem simoniacam reprobat, ac desistatur, omnesque eiusmodi pactiones irritas, & annullat. cap. quammis pactum, de pactis, cap. Præterea, de transactionibus, cap. ea qua, primo question. tertia. Ergo talis venditio nulla est, & consequenter ius patronatus non est ex illa translatum, Ita Azorius p. secunda l. sexto cap. 20. question. octavo Garcia p. quinta cap. nono numero nono.

Probabilius credo, venditionem inualidam esse, neque posse emptorem patronatum retinere, sed manere penes vendentem, quovisque sententia declaratoria criminis simoniaci accedat.

DVBIVM

D V B I V M XXI.

Casu quo plures patroni existant alicuius Ecclesie, potestne unus alterius patronatus cedere absque Ordinarij consensu?

¹²¹ *Non potest.* **N**on potest, quia hæc iuris cessio quædam est donatio, cap. veniens, de i. sis. Sed nullus laicus al cui laico donare patronatum potest, ergo neque hoc ius cedere. Sic Hostiens. Panormit. Ioan. Andr. & alij, quos refert Lambertin. l. 1. de iure patron. p. 2. q. 2. n. 12.

¹²² *Potest quidem.* **P**otest quidem, quia hæc cessio non constituitur novus patronus, sed potius ex iis, qui antea erant, unus extinguitur, alio integre constituto quod Ecclesie regulariter damnosum non est: potius enim expedit Ecclesie vni, quam pluribus subici. Ita Lambertin. supra Azor. p. 2. l. 6. cap. 20. quæstion. 6. Praxis Episcoporum. p. 1. v. ius patronatus, §. 2. Decisio Rotæ apud Farinac. in nouissimis, p. 1. tom. 2. decis. 707. numer. 4. Barthola p. 3. de potest. Episc. allegat 7. n. 28.

¹²³ *Consensus Ordinarij in hac cessione intercedere, at non reputatur esse necessarium maxime cum ille, cui ius ceditur, notus iam sit, neque præsumi potest, Ecclesiam vexaturum; nam si Ecclesiam vexasset, cum dimidiatum patronatum haberet, non eum Ecclesia in patronatu conferret.* **E**st ergo hæc cessio utilis Ecclesie, vnde absque expresso Ordinarij consensu geri potest.

D V B I V M XXII.

An spiritus, irregularis, aliaue inhabilitate affectus, incapax sit iuris patronatus?

¹²⁴ *Ex incapax.* **E**st incapax quia incapax est beneficij, & pensionis: ergo & iuris, quod ad illa disponit. Et quia exclusus est ab officiis publicis, & honoribus: ergo & à iure præsentandi. Sic plures Doctores, quorum, nomine pressio, meminit Castro Pal. l. 2. d. 2. de benef. par. 4. n. 24.

¹²⁵ *Incapax non est.* **N**on est incapax quia spiritus potest Ecclesiam ex propriis bonis fundare, & dotare, sed cuilibet fundatori Ecclesie absque vlla exceptione patronatus conceditur cap. Piamenis, cap. quicumque, cap. Filius, 6. q. 7. & Trid. sess. 23. c. 9. Item potest villam, aut castrum, cui est patronatus annexus, emere. Idem dixerim de irregulari, &c. Ita Roch. rr. de iure patron. v. competens, q. 2. Azor p. 2. l. 6. c. 21. quæst. 15. Palao citatur.

¹²⁶ *Capacem esse iudico.* **E**xistimo capacem iuris patronatus esse. Nam isto, incapacem esse beneficij, & pensionis Ecclesiasticæ: non tamen id obest; quia hæc Ordinem requirunt, & solum Clerico communicantur; at ius patronatus laico communicatur, Eschb. & Menz. Theol. Mor. Tom. VII.

petit. Neque idem obest, esse inhabilem ad publica officia quia iuris patronatus exercitium non est officium publicum, sed privatum: nec semper exercendum, sed cum beneficium vacat.

D V B I V M XXIII.

Vn iura patronatus annexi uxoris bonis in dotem datus, transeant in maritum?

¹²⁷ **T**ranseant quidem quia maritus dominus sit rerum dotalium: vnde marito, *Transseant quidem.* & non uxori iura competunt patronatus, nam hæc iura sunt illis bonis accelloria. Sic Glor. ad leg. in rebus, v. Naturali. C. de iure dotalium Tit. 1. post. leg. connubial. glof. vlt. n. 5. Guver. p. 3. de iurel. c. 29. n. 3. Bacza n. 18. 19. 30. & 33. Garcia p. 5. c. 9. num. 177. Molina de primog. l. 1. c. 24. n. 3.

¹²⁸ **N**on transeant quia maritus non est dominus dotis; sed vxor leg. in rebus C. de iure dotalium bi: cum eadem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in eius permanerint potestate. Ita Abbas ad c. fin. de concess. prebend. n. 8. & ibi Imola, & Butrius. Felin. c. cum olim n. 2. de maioratu, & obedientia lator. ad leg. Dinortio, §. si vlr. in fundo, num. 7. ff. soluto matrimonio. Azor p. 2. l. 6. c. 21. q. 16. & alij.

¹²⁹ **C**um his opinor. Nam etiam, Maritus sit bonorum dotalium administrator, & ipsi debeantur illorum fructus ac commoditates. At mihi hoc intelligendum est de fructibus, & commoditatibus, quæ ad sustinenda matrimonij onera possunt deferuire; nam ad hunc finem dos conceditur. Iura verò patronatus ad hunc finem nequeunt deferuire. Ergo marito non conceduntur.

D V B I V M XXIV.

An non tantum bis, sed ter, vel quater possit patronus laicus variare in presentatione cumulativa?

¹³⁰ **P**ossit institutionem factam neque patrono Ecclesiastico, neque laico permittitur. *Nonnulli suppono.* est variare, quia iam beneficium collatum est præsentato, & ius acquisitum, & quod autem, de iure patron. Ante institutionem verò, patronus laicus variare potest. Ecclesiasticus verò non potest, quia Ecclesiastico datum est, qualitates, & dignitates nominatorum intelligere: non tamen laicis. Hæc autem variatio in eo sita est, vt facta præsentatione, possit patronus laicus alium nominare, non excludendo alium nominatum, sed illi alterum adiungendo. Nam si primum præsentatum excluderet, nulla esset secunda præsentatio, c. cum autem, de iure patron. Quæserim iam, an non tantum bis, sed ter, vel quater possit patronus laicus variare in præsentatione cumulativa.

131
Non po-
test.

Non potest, quia variare sententiam, & mutare consilium odiosum est ac temeritatem sapit, ut ait Baldus *leg. ius civile, ff. de inst. & iur.* ergo est restringenda variatio. Et quia facultas simpliciter data primo actu finitur *leg. dotis promissio, ff. de iure d. ium.* Quod intelligendum venit de facultate odiosa, & restringenda. At hæc facultas patronis laicis concessa, ut variare possint, est odiosa, *Clement. cum illuso de renunciati.* Non igitur nominatio ad plures est extendenda. Sic Gregor. Lopez *leg. 6. tit. 1. §. part. 5. gloss. 1.* Garcia *p. 5. capit. 9. numer. 24.* Barbosa *p. 3. de potest. Episcop. alleg. 72. numero 172.* Nauar. *cap. Placuit, de pœni dist. 6. num. 67. & 171.*

132
Potest sane.

Potest profecto, quia hæc accumulativa præsentatio utilis est Ecclesiæ, siquidem plures offeruntur, ut Ordinarius valeat ex illis eligere, quem Ecclesiæ competeret aptiorem. Ita Glossa in *Clement. plures, de iure patron. §. fin. v. Plures, & v. Præsentare.* Abbas *ad cap. Quanto de iudiciis, numero secundo Decius ibi numer. 31.* Cardinalis *ad cap. Pastoralis de iure patron. sine.* Spino *de testam. gloss. 4. numer. 7.* Azorinus *p. secunda l. 6. capit. 2. 1. quest. 13.*

133
Hec placet opinio.

Magis mihi hæc opinio placet, cum nullum ex tertia, aut quarta variatione inconueniens refundatur Ecclesiæ. Nam casu quo patronus minus dignum aliquando vice secunda aut tertia, aut quarta præsentet: non tollitur episcopo potestas primum præsentatum instituendi. Ergo nunquam hæc variatio Ecclesiæ infert nocuumtum. Porro primæ sententiæ ratio de variatione exclusiua, non de cumulatiua procedit.

D V B I V M XXV.

An Patronus, qui iuramentum, vel promissionem non variandi gessit possit variare?

134
Potest quidem.

Potest quidem, quia iuramento, vel promissioni non tollit à se patronatum. Ergo neque privilegium variandi, ei concessum. Sic Ioan. de Selua *tit. de benefic. p. 3. questio. 27.* Couar. *ad cap. Quamuis pactum, de pactis, p. secunda §. 2. numero quinto.* Alexand. *conf. 26. l. 3.*

135
Non poterit.

Minime poterit, quia iuramentum accedens actui requirenti ad sui valorem auctoritatem iudicis, seu præsentiam, ita illum firmat, ut irrevocabilem reddat, iuxta Glossam, & textum in *cap. licet mulieres de iurem. in 6.* Sed præsentatio est actus, qui absque iudicis auctoritate fieri non potest: ergo si iuramentum accedat de non variando illum, nequit variari. Ita Paul. Castrensis *l. 1. conf. 361. num. 9. & conf. 336. num. 11.* Curte *de iure patron. v. Honorificum, quest. 12. num. 37.* Gregor. Lopez *leg. 6. tit. 1. §. part. 1. v. B en lo puede de facer.* Lambertin. *de iure patron. l. 2. p. 1. quest. 7. a. 16.* Couar. *ad cap. quamuis pactum, de pactis p. 2. §. 2. num. 4.* Matienzo *leg. 3. gloss. 13. m. 7. tit. 10.*

l. 5. recopilat. Gutier. p. 3. de iuram. confirmat. cap. 13. n. 136

Exitimo verius esse ob iuramentum, vel ¹³⁶ promissionem factam de non variando, patronum impotentem variare reddi. Monerit tamen non tam ratione, nullam enim efficacem inuenio, quam tot Doctorum auctoritate.

D V B I V M XXVI.

Laicus patronus præsentans indignum, priuaturne ea vice potestate eligendi?

¹³⁷ Priuatur quidem, quia *cap. cum in cunctis, §. fin. de elect.* Eligentes indignum ad beneficia curata, pro illa vice priuatur potestate eligendi, et *Authent. de sanctu Episcop. §. quis Oratoris domum, collat. 9.* dicitur patrono præsentante indignum debere Episcopum procurare, ut dignus institatur. Ergo quia pro vice illa patronus priuatur eligendi potestate. Sic Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Panormit. *de offic. iudic. Ordin. Gregor. Lopez leg. 5. tit. 1. §. part. 1. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. quest. 6.*

Non priuatur, quia patrono laico non competit explorare vitam, & conditiones præsentati; sed examinandum, & approbandum. Ordinarius remittit. ergo in culpa non est, quod indignum nominauerit, præsertim Trident. *sess. 7. cap. 13.* prohibente, ne vilius in beneficiis institatur, nisi fuerit prius à loci Ordinario examinatus, & idoneus repertus, ergo priuandus non est potestate eligendi, si præsentatus repudietur, quia nullo modo præsumi debet, culpam in tali præsentatione commisisse. Nam esto quilibet præsentans videatur obligatus, aptitudinem præsentati cognoscere ex *leg. si patronus.* At hoc limitari debet, nisi alteri à patrono cognitio aptitudinis præsentati commissa sit, ut fit à Trident. Ita Lessius *l. 2. de iust. c. 34. dub. 7. n. 18.*

Hanc defendo sententiam. Nullibi enim inuenio patronis secularibus (imo nec ecclesiasticis) hanc penam esse impositam. Nam sententia esto in *Authent. de sanctis, Episcop. dicitur, patrono præsentante indignum, debere episcopum procurare, ut dignus institatur, intelligo de procuratore per sollicitationem, & mandatum: sollicitando inquam, & mandando patrono, ut dignum præsentet. Mecum Ioan. Andre. & alij. fauetque lex §. tit. 1. §. part. 1. ibi: Pero si el Obispo no quieria recibir el clérigo, que presentasen los patronos, para la Iglesia mostrando que no era digno ni la merecia aver de bello probar: y si lo probare, no debe ser recibido aquel, que los patronos presentaron, mas debe ser presentado otro que lo merezca. Constat ibi Gregor. Lopez. Porro *cap. cum in cunctis* loquitur de electoribus episcopi, & cum sit constitutio poenalis non debet ad patronos extendi maxime in aliis beneficiis.*

DVBIVM

D V B I V M XXVII.

Si presentati ad beneficium non aequè digni sint, sed unus alio notabiliter dignior, teneturne Episcopus, digniorem instituere?

D V B I V M XXVIII.

Si duo sint à diversis patronis nominati, nec appareat excessus, Episcopus potestne alium scitum instituere?

¹⁴⁰ *Quia quæstio.* **P**Ono, plures esse presentatos, sine ab vno patrono, sine à pluribus. Et quidem si ab vno patrono plures presententur æquè digni, liberum est Episcopo, instituere quem maluerit, *cap. cum autem cap. quod autem cap. Pastoralis de inrepatron.* At si presentati non æquè digni sint, sed unus alio notabiliter dignior, quæsierim, an teneatur Episcopus instituere digniorem.

¹⁴¹ *Quæstio.* Non tenetur, sed sufficit, si dignum instituat, quia neque iure naturæ, neque positivo videtur obligatus ad dignioris electionem. Non iure naturæ, si quidem ex maiori, vel minori dignitate non competit presentatis ius aliquod ad beneficium: alias ipse patronus obligatus esset digniorem nominare. Ex iure autem positivo non apparet hæc obligatio. Nam licet in *cap. si forte dist. 63.* dicatur Metropolitano præferendum esse, qui maioribus studiis, & meritis iuvatur: non de nominatione, sed de electione ad Episcopatum est sermo: ergo in nominatione nullibi cauetur, digniorem esse præferendum. Sic Ioan. Andr. Hostiens. Anton. Cardinal. *ad cap. cum autem, de inrepatron.* Speculator *tit. de inrepatron. circa finem*, addens, satis esse si malus non eligatur.

¹⁴² *Quæstio.* Tenetur præferre digniorem, quia *cap. si forte præcipitur*. Metropolitano præferre electionem dignioris, non ob aliam rationem nisi quia maxime decet, ut in æquali iure electionis præferatur is, qui Ecclesie utilior ac convenientior est. Cum autem hoc in nominatione æquè procedat, idem debet affirmari. Ita Abbas *ad capit. cum autem de inrepatron.* Roch. *trakt. de inrepatron. v. Honorificum, question. 15.* Gregor. Lopez. *leg. 5. titulo 15. part. 1.* Azorius *p. secunda l. sexto capit. 22. question. 14.* Barbosa *p. secund de potest. Episc. allegat. 72. num. 200.*

¹⁴³ *Idem affectus.* Probabilius existimo, stante plurium presentatione inæquali, digniorem esse præferendum. Dignitas autem maior, vel minor non de scientia solum, sed & de moribus, ac dexteritate ad Ecclesie servitium procul dubio æstimanda
.

Esch. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

¹⁴⁴ **P**otest equidem, quia nullo iure cogitur Episcopus instituere alterutrum ex presentatis, cum patroni in presentando concordēs non sint. Sic Sylvestr. *v. inrepatronatus, question. 8.* Valquez *opuscul. de beneficio. capit. secundo §. 1. dub. 5. numero 16.* Lessius probabile id reputat. *l. secundo cap. 34. dub. 8. num. 33.* Azor. tenet *p. 2. l. 6. cap. 21. q. 19. fine.*

¹⁴⁵ *Non potest.* Non potest, quia *cap. si forte dist. 63.* committitur in pari electione Metropolitani iudicio, digniorem præferre: & canetur, ne Ordinatio fiat illius, qui non fuerit expostulatus: ergo cum in electione non sit locus contemnere electos, & alium non electum confirmare: neque etiam in nominatione debet fieri. Ita Castro Palao *l. 2. d. 2. de benef. pun. 9. n. 4.*

¹⁴⁶ *Placet hæc sententia.* Placet equidem hæc magis sententia argum. *cap. si forte firmata.* Eadem enim est in viroque ratio, videlicet, ne populus beneficiatum non optatum contemnat, aut odio prosequatur.

D V B I V M XXIX.

An ob peccatum mortale reddatur quis indignus, qui ad Beneficium eligatur?

¹⁴⁷ **C**ertum est, debere eligi dignum; nempe qui munus suum rite præstare possit: alias electio nulla erit. Quare nullatenus licet eligere excommunicatum excommunicatione maiori, suspensum, interdictum, aut irregularem, quia hi omnes ab administratione spiritualium sunt exclusi. Quæsierim autem, num ob peccatum mortale, in quo quis vel secreto cognoscatur id esse, reddatur indignus, ut ad beneficium eligatur.

¹⁴⁸ *Indignus reddatur.* Redditur profecto, quia *cap. cum in cunct. de elect.* eligendi ad beneficium debent habere scientiam & morum gravitatem. At qui in peccato lethali est, morum gravitate caret: ergo indignus est electione. Sic Panormit. *ad cap. si celebret, de cler. excommun. minis. in sexto Caletan. 22. question. 63. a. 2.* Sotus *l. 3. de iust. q. 6. a. 2. concl. 6.* Innocent. *ad cap. si celebret.*

¹⁴⁹ *Non redditur.* Non redditur, quia peccator occultus præsumi potest, ex infirmitate peccatum perpetrasse, & penitentiam acturum. Ita Nauar. *in miscel. de Orat. 34.* Azorius *p. 2. l. 6. cap. 14. num. quest. 10.*

E 3

Dixerim

Dixerim, duplex esse peccatum, aliud notorium et aliud occultum. Peccatum notorium in casu de depositione dignum non sit, sed licet habentem illam in eligendi electione: unde et in eligens, quam acceptum electorem, graviter delinquit. Quia scilicet est causa, & quia rari potest a peccato recessurus, & beneficium administraturus veliter. Sensus dixerim de peccato occulto ob rationem in secunda sententia Doctoribus indicatam.

DVBIVM XXX.

Ex vi institutionis Beneficiorum & spectata eorum natura, debentne sub gravi obligatione dignioribus conferri?

¹⁵¹ **N**on debent dignioribus conferri: Quia beneficia instituta sunt in stipendium laborantis, quibus delinquentibus non tamen ut premia laborantibus proposita: sed ex hac ratione non inferatur, beneficia danda esse dignioribus, sed sufficere, si dignis conferantur. Unde Cap. Graue nimis, de prob. dicitur, ut praetermissis indignis, idoneos assumant. Item colligitur ex Cap. cum nobis, de elect. & ex Trident. sess. 7. c. 3. Ergo facta electione digni, etiam si dignior praetermittatur, nullum est peccatum. Aliter: praeter electorem ad Episcopatum, & beneficia curata providenda per concursum, nulli liceat, digniorem esse eligendum: Ergo non est haec obligatio imponenda. S. c. Glof. ad Cap. licet ergo, qui praestantior, 8 q. 1. Perus. ad Cap. constitutus, & ibi Inola, & Francus, num. 4. Rochus de iure patron. v. Honorificum, quest. 15. & alij.

¹⁵² **D**ebent omnia beneficia dignioribus conferri. Quia ius Canonicum non tam praecipit in beneficiis digniorem eligere, quam huius electionis praecipit in supponit. Nam in Cap. vii. de Ecclesiastica beneficia, damna Innocentius III. Mediolan. Episcopum, quod beneficium Cancellario consanguineo seu familiari donasset. Debuit (inquit) Ecclesiasticum officium & beneficium in persona magis idonea dispensare. Ergo supponit, hanc esse obligationem. Et Trident. sess. 24. c. 1. ait, mortaliter peccare eos, qui diligentem non curant Ecclesiae praesentia, quos digniores, & Ecclesiae magis utiles indicaverint. Et quavis hic textus de Episcopis loquitur, eam eadem ratio sit in omnibus beneficiis curam animarum habentibus, idemque intelligendum. Praeterea Cap. vii. de Ecclesiastica beneficia non de beneficio curato, sed de simplici loquitur. Unde in beneficiis his non invenio firmam excusationem: cum negari non possit, vilius esse Ecclesiae, in ea praefici sanctiores, & Doctiores. Vilius autem conferendi beneficia simplici dignis, quam digniores praemanibus habentibus, in causa non est, quominus negemus, obligationem esse praefici digniores, quia hic usus, abusus debet non imitari. Ita v. Tho. 2. 2. q. 63. a. 1. & 2. q. 185. a. 3. Arag. q. 62. a. 2. ad 4. Valent. tom. 3. d. 5. q. 7. pun. 2. Razox. p. 2. l. 6. c. 5.

q. 1. 8. & 9. Conar. reg. peccatum. p. 2. §. 7. num. 4. & Palao tom. 2. d. 1. de benef. pun. 11. num. 8. Nauar. sum. c. 17. num. 73. Valq. opus. de benef. c. 2. §. 3. dub. 1. num. 50. Molina de primis l. 2. c. 5. num. 50. & alij plures, quos refert Garc. p. 7. de benef. c. 60. n. 2.

¹⁵³ **E**rgo quidem distinctione utitur inter beneficia curata, & sine cura. De beneficiis curatis affirmo, esse peccatum mortale, eligere dignum simplici. Priorem partem de beneficio curato proba ex loco Trident. allegato, & aliis rationibus pro secunda sententia adductis. Secundam vero de simplici alicui, ne cogat plures damnare Praelatos, quos communiter video beneficia simplici, & quidem pingua sibi familiaribus, & consanguineis conferre, cum tamen praemanibus a se digniores habeant, comparatione namque huius beneficii omnes videntur esse aequi digni, cum omnes aequi possint officium divinum recitare, quod est praecipuum horum beneficiorum munus. Metum Gracia p. 7. c. 6. n. 16. & 17. Vega l. 2. p. 2. c. 17. casu 1. Angel. de electione. 2. 1. Gabriel in 4. dist. 15. q. 7. a. 3. dub. 1. proposit. 2. Navarra l. 2. de res. sit. c. 1. n. 17. & 18. Gutier. Canon. q. 1. l. 2. c. 11. n. 12. & 28.

DVBIVM XXXI.

Si ante electionem fuit electoribus denunciatum, ut digniorem eligerent, sin minus ex tunc a tali electione appellari: cassanda est talis electio.

¹⁵⁴ **E**lectionem factam digni, omisso digniori, validam esse, ne litibus via appetatur, neque Republica Christiana perturbetur, communis fere sententia. Quod adeo verum est, ut etiam si electores se iuramento adstringerent, ad digniorem eligendum adhuc valeret electio digni, digniori praetermissa, quia iuramentum non immutat iuris conditiis dispositionem, tamen illud violantes peruri existant. Conar. alij relatis reg. peccatum p. 2. §. 7. num. 4. Gutier. canon. q. 1. l. 2. c. 11. num. 5. Sed quid si ante electionem factam esset electoribus denunciatum, ut eligant digniorem, sin minus ex tunc a tali electione appellari? an sit cassanda huiusmodi electio?

Cassanda quidem est, quia facta est contra appellationem pendente. Sic Abbas ad cap. constitutus, de appellat. num. 6. Decius ibi. num. 5. Lambertin. de iure patron. 2. part. 1. quest. 10. articulo 3.

¹⁵⁵ **N**on est cassanda, neque infamanda talis electio, quia appellatio illa iniusta est. Si enim facta electione digni, omisso digniori, nec licet a tali electione appellare, ne electiones, ac provisiones litibus involvantur: quomodo ante electionem factam licitum erit hanc appellationem interponere: cum eadem inconvenientia ex antecedenti appellatione, ac ex subsequenti inferantur? Ita Glof. ad cap. licet ergo, v. qui praestantior. ante fin. 8. quest. 1. Quam

Seçt.II. De Beneficio Dubia. 55

Quam glossam sequitur Imola, & Francus Cap. constitutis 2. de appellat. Couar. reg. peccatum p. 1. §. 7. num. 3. Azor. p. 2. l. 6. c. 1. §. 2. Molina de primog. l. 2. c. 5. num. 48. Gutier. canon. q. 1. l. 2. c. 1. §. 1. num. 2. alios citans.

157
Idem affir-
mo.
Affirmo his hæc censens, non obstante illa appellatione, validam, omninoque firmam esse electionem digni, omisso dignioritate, quæ appellationem, utpote iuris contrariam penitus esse repellendam.

DVBIVM XXXII.

Si in Beneficiis parochialibus, quæ per concursum providentur, eligatur dignus, omisso digniori: electio estne ipso iure irrita?

158
Non est
Ire ipso
iure.
Non est irrita ipso iure, sed irritanda per sententiam. Quia inde sequeretur, collationes factas ab inferioribus Episcopo, & institutiones Episcopi ex præsentatis à patronis Ecclesiasticis esse nullas, si forte non sint electi digniores: quod non videtur dici posse, cum sic instituentes, & conferentes in culpa non sint: utpote quibus non datur digniorum electio, sed aliis committitur, ipsique mandatur instituere à patronis electos. Sic Garcia p. 9. c. 2. num. 235. Vgolin. de offic. Episcopi. §. 2. §. 2. num. 4. Certe appellatione non obstante, mandatur electio executioni: ergo signum est, censeri à Pontifice validam, dum non infirmatur.

159
Es irrita
ipso iure.
Ipso iure est irrita. Quia Trident. sess. 24. c. 18. statuit debere beneficia, dignioribus ex approbatis ab examinatoribus conferri: & subdit. Prouisiones omnes, seu institutiones præter supra dicta factæ subreptitiæ esse censentur. Idem Pius V. decreuit in Bulla data 15. Kalend. April. anno 1566. Ergo cum Vnum ex præcipuis decreti Concilij & Pontificij constitutionis sit dignioris electio, si hæc non seruatur, irritum erit, & nullum quidquid actum fuerit. Ita Gonzal. reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 136. Spino de testam. gloss. 4. num. 86. Azor. uero conf. 9. num. 27. Rebel. p. 1. de insti. l. 3. §. 4. n. 15. & §. 5. n. 5.

160
Hanc sen-
tentiam
eligo.
Hanc eligo sententiam. Nam cum videam in decreto Concilij, & constitutione Pij V. statui, digniori beneficium parochiale esse conferendum, & subdi decretum irritans, & annullans, si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit, ipso iure existimo esse irritam electionem, sententiamque nullatenus expectandam.

Hanc mentem probauit Rota in decisionibus relatis à Patina-
cio in nouissimis 672.

674.

DVBIVM XXXIII.

An eligens dignum, prætermisso digniori, quem eligere tenebatur debeat aliquid digniori ipsi relicto restituere?

161
Status
questionis.
Certum est electorem, qui indignum ele-
git, obligatum esse restitendi Ecclesiæ
damna inde secuta. Si autem eligatur dignus
omisso digniori, nullam esse obligationem
restituendi aliquid Ecclesiæ existimo. Quia ei
nulla irrogatur iniuria, cum competens mini-
ster assignetur, cuius labor stipendio sibi da-
to adequatur. Difficultas autem subdit, an
ipsi digniori relicto aliquid eligens debeat
restituere.

162
Non debet
restituere
digniori.
Restituere non debet. Quia obligatio re-
stitutionis nasci non potest, nisi ex læsione
commutatiue iustitiæ: At nemo ante electio-
nem, vel præsentationem ius habet iustitiæ,
ut beneficiū ei conferatur. Ergo digniori præ-
termisso nulla est obligatio restituendi. Mi-
norem probo, quia beneficium est stipen-
dium ministrorum laborantium in vinea Do-
mini: datur enim ob officium inibi impen-
sum. Non tamen est præmium ministris ob
eorum dignitatem constitutum, neque sti-
pendium ob laborem, quem ante accepta-
tionem beneficii expendierint: Ergo dignio-
ribus ministris non est beneficium speciali-
ter debitum. Item si beneficium digniori es-
set specialiter debitum, dignus, cui esset col-
latum, illud dimittere, tum ratione iustitiæ
acceptationis, tum ratione rei acceptæ, quam in
dignorem transferre potest. At nullus acci-
pientem hac obligatione adstringit: Ergo
nec elector illa est adstringendus. Sic Nauar.
sum. c. 17. num. 72. Sorus de insti. l. 4. §. 9. a. 3. ad
6. Couar. reg. peccatum p. 2. §. 7. n. 6. Molina de
primog. l. 2. c. 5. num. 57. Valent. to. 3. d. 5. §. 7.
p. 2. quæstio. 6. Tolet. l. 5. c. 4. Azor. p. 2. l. 6.
c. 1. §. 2. Lessius l. 2. c. 34. dub. 5. Rebel. p. 1. l.
3. §. 4. & 5.

163
Digniori
debet re-
stituere.
Digniori prætermisso restitutio debet fie-
ri, quantum æstimari potest ius, & spes,
quam habebat beneficii consequendi, quia
communiter Doctores tradunt, omittentem
dignorem, & conferentem digno benefi-
cium, peccare peccato acceptionis perso-
narum, & contra distributiue iustitiæ:
ergo obligatur digniori damnum factum re-
parare. Tum quia aduersus obligationem pro-
prij officij delinquit, ratione cuius obligatus
erat, dignioribus beneficia in partem. Ita Ca-
ret. 2. 2. §. 62. a. 2. ad 4. Arag. ibi. a. 2. Salon §.
63. a. 4. & ibi Bannes. Syluest. v. Restitutio 3.
q. ultim. Nauarra l. 2. c. 2. n. 176. Manuel rom.
1. sum. c. 108. num. 6. Medina sum libro prim.
cap. 14. §. 32. Petr. Ledes. part. secund. 17. 8.
cap. 4. conclus. 1. Valquez opus. de benef. c.
2. §. 3. dub. 17. & alij.

164
Auctoritas
resolutio.
Ego autem probabilius existimo, nullam
esse restituendi obligationem digniori præter-
misso, cum dignus ad beneficium eligatur,
quod

quod absque praeiudicio examine, & amulatione, & concursu competitorum praestetur, quia nullus licet dignissimus sit, habet ius ad beneficium, nisi sub conditione, quod conferens ei conferre voluerit. Ergo antecederet ad hanc voluntatem solum habet ius ex quadam decentia, & proportionem in eius dignitate fundata, quae petit, ut potius ipsi, quam aliis beneficium conferatur. In beneficiis autem, quae competitorum concursu prouidentur, longe probabilior reor, obligationem esse restituendi digniori omisso, cum digno beneficium conferatur: & obligationem esse restituendi digno, cum indignus eligatur.

DVBIVM XXXIV.

Si Antonio digno quidem Beneficium collatum est, quod Petro digniori ex obligatione erat conferendum: teneaturne Antonius Beneficium in fauorem Petri resignare?

165
Teneatur
plane

Teneatur plane, quia obligatus est, satisficere digniori damnum illatum: At hoc nulla alia satisfieri aptius potest, quam resignatione facta: Ergo illam gerere tenetur. Sic Rob. l. part. prim. de oblig. inst. l. 3. q. 6. a. num. 6.

166
Non teneatur

Non tenetur, quoties beneficij collatio est firma, de se perpetua. Quia digniori beneficium dandum esse, non erat certum. Et quia beneficium acquisitum, non videtur ille obligatus spoliari, quousque sententia accedat. Ita Lessius lib. secund. cap. 34. dub. 15. num. 76.

167
Idem defendo.

Meo adhuc Doctore, monens quidem, notanter me addidisse illa verba: Quoties beneficij collatio est firma, ut excluderem collationem beneficij parochialis per concursum obtentum, quam probabilius defendi, nullam esse factam digno in concursu dignioris. Quia tunc tenetur digniori cedere, sicut si indigno esset beneficium collatum. Raro tamen, vel nunquam praesumere quis debet, esse minus dignum notabiliter; nam esto dotibus scientiae videat alios sibi praeferi: praesumere tamen potest aliquam causam occultam adesse, ob quam elector alius illum praetulerit: & posita hac praesumptione, beneficium resignare non debet, quia in casu dubio nemo tenetur, se iure acquisito spoliare.

DVBIVM XXXV.

Cum Pontifex in sex alternatiua concessit Ordinatio Beneficia vacantia prouidet: teneaturne ei iuri concessio derogare?

168
Nonnulla
suppono.

Suppono, non tenetur Pontificem iuri Ordinariorum derogare expresse, cum beneficia vacantia in quatuor mensibus à

iure concessis Ordinatio, prouidet. Qui Pontifex conferens beneficium notitiam habet temporis vacationis, & non obstante hac notitia, confert. Ergo intendit praenire. Ergo non est opus alia derogatione. Garcia p. 5. c. 1. num. 9. id pluribus Rotae decisionibus comprobatur. Quaestioni autem do, an idem sit dicendum, cum Ordinario est gratia alternatiua concessa, & Pontifex prouidet beneficium vacans in alternatiua mensibus? Teneaturne Pontifex iuri huic concessio derogare?

Non tenetur, quia alternatiua nihil aliud facit, quam tollere reservationem illorum sex mensium, & relinquere Ordinariis potestatem expeditam in illis mensibus prouidendi, sicuti relinquunt, cum quatuor menses concedit: sed ex concessione quatuor mensium non inferitur Pontificem arctatum esse ad derogandum, cum beneficium in illis mensibus vacans concedit. Ergo neque arctatur, cum beneficium concedit mensibus alternatiue vacans, quia concedit gratiam, ut cumulatim ipse possit praenire, & locus datur praenotioni. Sic Garcia supra num. 9. adducens plures Rotae decisiones. Riccius collectan. decis. p. 5. collect. 1595. Barbosa p. 3. de potest. Episc. alleg. 57. n. 16.

Teneatur equidem, quia nulla facta derogatione, credendum est, Pontificem intelligere beneficia vacante in mensibus sibi reuerentis: vel tamen in mensibus à iure Ordinariis concessis: non in concessis ex speciali gratia, qualis est alternatiua. Ita Mohedan. decis. 1. num. 4. de concess. praebende. Pateus decis. 492. num. 1. l. 2. Felin. ad Cap. cum ex officio, num. 36. Gonzalez ad reg. mens. §. 4. praemij, n. 20.

Profecto spectato iuris rigore, probabilior esse crediderim, non valere prouisionem Pontificis factam de beneficio vacante mensibus alternatiue, nisi expresse deroget huiusmodi gratia: Quod nisi id Pontifex exprimat non consensus est velle gratiae alternatiue derogare, quia haec concessa est Ordinariis, & ab ipsis acceptata sub onere residendi: Ergo posita residentia, iniuste illis gratia derogatur. Concedo per gratiam alternatiue tolli obstacula, & remoueri reservationem: & Ordinarios illam habentes manere expeditos ad prouidenda beneficia illis mensibus vacantia; nego tamen, inde inferri, censeri Pontificem sibi reliquisse potestatem illa iure ordinario conferendi, sed solum iure extraordinario, & facta derogatione, quia alternatiua est specialis gratia derogans communi iuri, cui non censetur Pontifex, nisi exprimat, derogare.

DVBIVM XXXVI.

An Prouisio Beneficiorum, quae iure deuoluta ad Episcopum pertinent, competat, Capitulo Sede vacante?

Licet verum sit, Capitulum Episcopo succedere in iis, quae Episcopo iure ordinario competant: at quia collatio beneficiorum ab hac regula excepta est Cap. 2. Ne sede vacante: & Cap. 1. de institution. nequit

quit Capitulum se in hac promissione intromittere. Et hoc verum habet, licet beneficium viuentis Episcopi in mente ipsius vacauerit, neque ab illo fuerit prouisum, vt annotat *xolina tr. 5. de inst. d. 11. num. 11.* Porro doctrina hanc non solum de propria collatione, sed etiam de electione, vel praelectione ad Episcopum spectante intelligenda est. Quia sunt fructus Episcopalis dignitatis, & prohibitio generalis est. Quaesitum verò an beneficia, quae iure deuoluunt ad Episcopum pertinent, Capitulo competant?

173
Competit
quidem.

Competit quidem, quia providere benefi-
cium deuoluitur auctor est Episcopalis iurisdic-
tionis omnino necesse est ad rectam Dye-
cesis administrationem: sed in iurisdictione
necessaria Episcopi succedit Capitulum (le-
de vacante, vt tradit Glos. committere rece-
pta in *Clement. 1. §. 1. v. Capinli*, de heretis.
ergo succedit in hac beneficiorum promissi-
o. Sic Ioan. Andre. dominic. ad *Cap. v. quum-
quam*, de elect. in 6. 2. *etola in praxi p. 1. v.
Capinulum*, §. 5. et p. 2. 10. *Zechus de benef.
cap. 5. num. 5. Molina tr. 5. d. 4. num. 12.*

174
Non com
pant.

Minimè competent. Quia Episcopus non
arctatur aliquo speciali titulo beneficia deno-
lata prouidere, quo non arctetur ad prouiden-
denda ea, quæ iure ordinario competent : sed
quia Episcopo iure competent ordinario, non
transfereant in capitulum ; Ergo neque denolura
posunt transire. Ita Garcia p. 5. c. 7. num. 5.
plures refertens Azor. p. 2. l. 3. cap. 3 §. 6. &
l. 6. c. 27. q. 9.

175
Hoc veris
mibi.

Hoc verius esse reor. Nam Episcopus beneficia devoluta non tam iure ordinario, quam iure delegationis providet: sed Capitalium non succedit in iis, quæ Episcopo iure delegationis, etiam à iure communi inductæ, competent Abbas *ad Cap. cum olim. q. 5. Sanch. l. 8. de matr. d. 2. n. 10.* Ergo neque succedit in beneficiolorum devolutorum provisione.

D V B I V M XXXVII.

*Pořeštné Capitulum sede vacante, Be-
neficia permutata providere?*

176
Questioni
stans.

Scio, providere non posse beneficia paro-
chialia quæ per concursum prouidentur;
nec beneficia patrimonialia; nec resigna-
ta, licet valeat resignationes admittere. Qua-
sifuerim autem, num possit beneficia permuta-
ta conferre?

177
Potest pro
ficio.

Potest profecto. Quia permittentes compellere possunt superiores admittentem permutationem, vt fibi beneficia permittata conferat: sub illo enim onere permittatio est facta. Cum ergo Capitulum potestatem habeat collationis necessaria peragendi, argum. Cap. cii olim, de maiorib. & obediens. & Cap. i. de instit. in 6. poterit hæc beneficia permittata compertumantibus conferre, quod verò Ordinarius possit hanc permutationem admittere tradit. *Prælati in praxi p. i. v. Capitulum §. 7. & Resub. Cap. i. de denot. num. 9. §. 5.* Quia potest reſignationem simplicem admittere: Ergo permutationem, quæ minus est. Et quia admittit permutationis est Episcopalis iurisdic-

178
Non potest.

Non potest, quia has permutationes admit-
tere necessarium debet, qui habet potestatem
beneficia permutata conferendi, siquidem
vniquisque permittens hac intentione, & con-
ditione proprium beneficium resignat, ut lo-
co illius beneficium alterius sibi conferatur.
Ergo admitteus permutationem, necessarium
habere debet potestatem beneficia conferendi.
Cum ergo Capitulum interdum sit collatio
ad Ordinarium libere spectantium, & hæc
permutationes admissio interdum erit. Puteus
decif. 262. l. 2. Mantica de tacitis & ambigui.
conuention. l. 25. tit. 9. num. 12. Azor. p. 2. l. 7. c.
29. q. 10. Mandof. reg. 1. cancel. q. 13. Garcia p.
1. c. 4. n. 82.

179
Auctoritas
resolutio.

Verius existimo, non posse Capitulum resignationes ex causa permutationis admittere. Concedo permuantes compellere posse superiorem permutationem admittentem, ut illam perficiat, beneficiaque permutata conferat, & sic facta permutationis admissione, collationem esse necessariam. Nego tamen inde inferri posse Capitulum & beneficiorum permutationem admittere, & beneficia permutata conferre. Quia necessitas huius collationis non aliunde, quam ex libera permutationis admissione provenit. Cum ergo dicitur, posse Capitulum beneficia quae sunt necessariae collationis Episcopi, intelligendum est quando sunt necessariae necessitate absoluta, & ab aliis ipsi Episcopo imposita. Secus vero quando sunt necessariae ex suppositione: necessitate inquam ipsi Episcopus sibi imponit libere admittens permutationem. Cum vero vires, admittere permutationem esse actum Episcopalis iurisdictionis, quae in Capitulum transit: respondeo, esse quidem actum iurisdictionis Episcopalis, sed Capitulo interdictum, cum ei interdicta sit beneficiorum collatio, quam secum permutationis admissio necessario innotuit.

D V B I V M XXXVIII.

An Vicarius generalis, cui ab Episcopo
commissa est facultas Beneficia con-
ferendi, debeat esse generalis Vica-
rius non solum in spiritualibus, sed
etiam in temporalibus?

180
Nonnulla
suppono.

Vicarius tam foraneus quam generalis non habet potestatem beneficia conferendi, nisi habeat speciale mandatum, concedi enim potest Vicario generali hac potestas nempe vt prelatiatus a patronis instituat, & electos confirme. *Cap. Et frequitibus, de instit.* *Cap. sine de officio Vicarii in 6.* Foraneo autem Vicaria hac potestas non conceditur, imò nec concedi posse communis fert sententiæ, quia beneficiorum collatio est res magni momen-
ti.

ris, sed utque examinandorum providentia requirit, ut merito fieri non debeat ab alio, quia ab eo, qui pro totius Diocesis gubernatione est constitutus. Hec mihi certa. Quasi enim vero, an Vicarius generalis hic, cui hac potestas conferenda est, debeat esse generalis Vicarius non solum in spiritualibus, sed et in temporalibus?

181
Debet esse
Vicarius in
spirituali-
bus, & te-
poralibus;

Debet esse Vicarius generalis in spiritualibus & temporalibus? quia solus ille dici debet generalis Vicarius Episcopi qui vices illius gerit in omni regimine Episcopo competenti. At cum Episcopo competat rerum temporalium ac spiritualium administratio *Cap. si quis. l. q. 3.* similis administratio debet generali Vicario competere. Sic Paulin. de of. & potest. Capituli se. de vacante q. 10. n. 31. Rebut. tit. de vicar. n. 8. Sbrocius de vicar. Episc. l. l. 2. q. 90. Az. p. 2. l. 3. c. 43. q. 7.

182
Non debet
esse in
utrisque
sed sufficit
esse in spi-
ritualibus.

Non debet necessario esse Vicarius in temporalibus & spiritualibus, sed sufficit in spiritualibus vices Episcopi gerere, ut ei hac facultas possit committi, quia vicarius pro spiritualibus tantum constituitur, absolute vicarius generalis nuncupatur, ut ex Bullis Apostolicis testantur Doctores. Ita Flam. Parit. de res. l. 8. q. 7. n. 187. Trident. audi. sess. 13. c. 2. seu illius etiam vicario in spiritualibus generali. Sbrocius de vicar. Episc. l. l. q. 25. n. 4. Sanch. l. 3. d. matr. d. 29. n. 11. Garcia p. 5. c. 8. n. 122. Barbol. p. 3. de potest. Episc. alleg. 54. num. 57. & alij.

183
Hanc sen-
tentiam
confero pro-
babilioris
esse.

Hanc sententiam consero probabilioris esse. Cui doctrinae non obstat, Vicarium pro spiritualibus & temporalibus constitutum generaliter esse, quod minus constitutus pro spiritualibus, vel temporalibus tantum generalis nuncupetur, est enim generalis, quia est pro tota Diocesi, & comparatione unius generis universalis causatum.

DVBIVM XXXIX.

Ex facultate absoluta conferendi Beneficia, quae ad Episcopum pertinent, potestne Vicarius electiones, ac praesentationes beneficiorum Episcopo competentes facere?

184
Non potest.

Non potest, quia aliud est conferre, & aliud praesentare, seu eligere, ut manifeste probat textus in *Cap. cum illis. l. 6. §. cum autem inter collationem, institutionem, & praesentationem in differentia magna esse noscatur*. Ergo sub potestate conferendi non comprehenditur potestas eligendi, & praesentandi. Sic Garcia p. 5. c. 8. n. 83. plures referens.

185
Potest
equidem.

Potest equidem, quia licet collatio, praesentatio, electio, & institutio distinguantur, neque sub verbo collationis illi provisionis modi comprehendantur, hoc intelligendum est in mandatis ambiosis, quaeque restringenda sunt, de quibus loquitur textus *Cap. cum in illis* sed non in mandatis, & facultatibus ordinariis, quae latissimam habere debent significationem: quod est hac potestas: in his enim sub verbo conferendi omnes provisionis modi clari debent, ut colligitur toto tit. *De Ecclesiasticis beneficiis sine diminutione conferantur in fine, vi*

conferant, iuncta Glossa Ita Lambertini de in-
reparat. part. prim. lib. 2. q. 4. artic. 4. Az.
p. 2. l. 3. c. 44. q. 10.

Probabilius consero, sub hac potestate absolute conferendi beneficia potestatem eligendi, & praesentandi comprehendit. Hinc autem fit, posse Vicarium ex huiusmodi facultate beneficia commendare in illis casibus, in quibus commendae permittuntur, quia commendatio vel est propria beneficij collatio, vel quid minus illa. Azor. part. secund. l. 3. c. 44. quest. 10. Barbola parit. tertia de potest. Episc. alleg. 54. num. 64.

DVBIVM XL.

An Vicarius possit extra Diocesim potestatem sibi datam ab Episcopo conferendi Beneficia, exercere?

Non potest, quia iurisdicção Vicarij in hac parte est delegata, sed delegatus inferioris non potest a Principe nequit extra territorium delegatis iurisdictione exercere, ut tradit Barol. ad l. 1. c. de summa Trinit. num. 40. & ad leg. 1. num. 2. ff. de officio Proconsulis. Cum ergo vicarius iurisdictionem in conferendis beneficiis habeat non à Principe, seu Pontifice, sed ab Episcopo, sicut legatus à Proconsule, extra diocesim beneficia conferre non poterit. Ita Bald. ad leg. 1. nu. 1. Barbat. Cap. Noni. de offic. legati, n. 17. Anast. German. de ind. Cardinal. §. Tibi quoad num. 88. licet n. 89. dicat, & quum esse contrarium.

Potest, profecto sicut potest Episcopus, quia idem Episcopo conceditur iurisdictionis voluntariae exercitium extra propriam diocesim, nam ratione huius exercitij nullam Episcopo illius diocesis irrogat iniuriam. Sed eadem prorsus ratio militat in eius Vicario: neque enim exercitium Vicarij aliud est ab eo exercitio Episcopi: neque magis prejudicabile. Ergo concessa Episcopo potestate exercendi iurisdictionem voluntariam extra diocesim, & Vicario est concedenda. Ita Couar. l. 3. var. c. 20. nu. 8. Barbola p. 3. de potest. Episc. allegat. 54. nu. 64. Garcia p. 5. cap. 8. num. 126. Azor. p. 2. l. 3. cap. 44. q. 9. Sanch. l. 3. de matr. d. 34. num. 2. Gonzalez gloss. 62. num. 3. & alij apud ipsos.

Eiusd. sù mentis, imò doctrinam extendo non solum ad collationem beneficij rigorosam, sed etiam ad institutionem, & confirmationem. Nam licet necessarium sit Vicario aptitudinem praesentandi, & electi consensum cognoscere, ut legitime institutionem, & confirmationem agere valeat, c. fin. de elect. in 6. At quia haec cognitio extrajudicialis esse potest, ideo institutio, & confirmatio, sicut & collatio beneficiorum extra diocesim fieri proculdubio potest.

DVBIVM

DVBIVM XLI.

An procurator generaliter constitutus, possit possessionem Beneficij acceptati apprehendere?

190 *Potest plane.* Potest equidem, quia talis possessio ad factum pertinet, & non ad ius: Ergo mirum non est si à procuratore generale habente mandatum possit obtineri. Sic Conar. l. 3. var. cap. 16. num. 9. Valquez opusc. de benef. cap. 4. §. 4. dub. 6.

191 *Non potest.* Non potest, sed speciale mandatum requiritur. Quia licet possessio beneficij accepti ius non concedat in beneficio (quod quidem sub lite est) est tamen acceptationi beneficij accessoria, illius perfectio, & complementum. Ergo imitari debet naturam illius, cui accedit. Cum ergo ad acceptationem beneficij requiratur ut procurator habeat speciale mandatum, etiam in possessionem est requirendum. Ita Glor. ad Cap. si tibi absenti, de prebend. in 6. v. Habetur Imola ad leg. 1. §. Per procuratorem ff. de acquir. posses.

192 *Inve-* *ni-* *re-* *qu-* *er-* *e-* *qu-* *om-* *o-* *do-* *ben-* *efi-* *cij-* *pos-* *ses-* *sio-* *ac-* *qui-* *rit-* *ur-* *ad-* *u-* *si-* *o-*. Cum his optinet si autem roges quonammodo beneficij possessio acquiritur? respondet cum Conar. citato num. 10. necessario acquiri corporali inductione traditioneve beneficij: neque sufficere inuestituram datam à potenti tradere possessionem signo aliquo manifestatam, scilicet pileo, annulo, aut libro. Quia hæc inuestitura solum opere confirmat collationem, seu institutionem verbo factam: vel saltem dat licentiam ipsi insinuo, ut beneficij vacantis possessionem apprehendat: non tamen est ipsa beneficij possessio, quæ corporalem traditionem beneficij expostulat. Cap. ut nostram. Cap. Ad hæc, §. in quadam, de offic. Archidiacon.

dispositionem præfati textus locum non habet, sed fieri potest collatio beneficij sub quolibet conditione, quæ beneficio insit, ut si dicas: confero tibi beneficium si vacat, si habilis es. Quia hæc conditio cuiuslibet collationi est annexa tamen non exprimitur: Ergo illius expressio non potest collationem vitare. Extenditur doctrina non solum ad conditionem quæ de facto beneficio insit, sed etiam ad quamlibet conditionem de præfati, aut præterito. Quia hæc conditio non facit collationem conditionalem, neque illam suspendit. *argum. leg. 3. ff. de legat. 1. Conar. l. 3. var. cap. 16. num. 2. Valquez opusc. de benef. cap. 4. §. 4. dub. 1. num. 241. Azor. p. 2. l. 6. c. 26. quest. 3. Garcia p. 8. c. 2. num. 9.* Iam requiro an in electione beneficij quælibet conditio reprobetur?

194 Reprobatur quidem. Quia expresse id statuitur in præfato Cap. In electionibus. In electionibus (inquit) vota conditionalia reprobantur quidem. Sic Conar. citatus cum Glor. ad idem Cap. Archidiacon. Dominicus. ibid. num. 10. & 11. Francus num. 5. & alij. Adicio etiam asserentem ideo dicendum esse de conditione de præfati ac præterito, quæ beneficio non adiungit.

195 Minime reprobatur electio expressione illorum, quæ beneficio insunt, etiam si in modum conditionis exprimentur eodem modo, quo insunt: neque in hac parte constituenda est differentia inter electionem & collationem. Quia eligens ad beneficium, tacite onerat eligendum omnibus conditionibus quæ iure ipsi beneficio insunt; has enim à beneficio separare non potest. Ergo quævis illas conditiones exprimat, non potest inde electio detrimentum pati. Ita Corrafi. p. 4. de benef. 3. n. 24. Lambertini de iure patron. p. 2. l. 2. q. 3. a. 9. num. 2.

196 Hoc probabilius esse reor. Quia ex appositione harum conditionum non redditur electio conditionalis, ut de se constat: neque etiam obsecuta, & incerta; cum supponamus fieri de persona certa, & determinata, & de beneficio vacante. Ergo nullo ex capite vitari poterit.

CAPVT XI.

Circa formam, & conditiones seruandas in Beneficiorum prouisione

DVBIVM XLII.

An in electione Beneficij reprobetur qualibet conditio, si Beneficio insit?

193 *Nulla suppono.* *Conueniunt* Doctores prouisionem beneficij gratis fieri debere pure, & absque conditione, Cap. In electionibus, de elect. in 6. ibi: In electionibus, & postulationibus, ac scrutiniis ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternatiua, vel incerta penitus reprobantur. Comparatione autem conditionis de præfati beneficio annexæ

DVBIVM XLIII.

An finito edicti tempore, ante finitum examen oppositorum, datur locus subscriptioni, vel oppositioni aliorum in Beneficio parochiali.

197 *Minime* datur locus, ut alius ad oppositionem ab Episcopo admittatur, quia non datur terminus in edicto ponitur, ut intra illud fiat oppositio, & extra illud fieri non possit alias termini oppositio inutilis esset. Porro ex edicti appositione obligatur ordinarius iis, qui se in illo termino scribunt, beneficium providere. Ergo contra iustitiam faciet, si alios ad prouisiones admittat. Sic Franc. Leo thesam. fori Eccles. cap. 18. num. 30. genuen. prax. cap. 66. in annotat. num. 17. Quia referunt, sic sacram Congregationem declarasse.

198 *Locus datur.* Locus datur, quia etsi rigore iuris prima sententia sit vera, ex æquitate ob favorem Ecclesie.